

In presentacione baccalaureandorum conclusum fuit per magistros de consilio facultatis arcium tunc congregatos, ut alia legeretur ordinarie grammatica, cum Alexandrum Gallum scholastici prorsus abiicerent neque in aliis circumiacentibus gymnasiis nec in scholis quidem trivialibus profiterentur. De antiqua eciam Aristotelis translacione et exercitiis placuit veterem legi tralacionem [!] cum ob eius, ut dicunt, fidelitatem, tum propter ipsius copiosissimos et doctissimos interpretes, quibus carere dicunt novam. Exercicia autem placuit manere in co numero, in quo hactenus fuerunt, quia dicuntur non discipulorum modo sed et magistrorum gracia instituta¹⁾.

Decima sexta die Aprilis convocabantur magistri de consilio facultatis arcium hoc Apr. 16. tenore: „Reverende magister, sitis hodie hora sexta in vaporario collegii facultatis arcium ad audiendum desiderium illustris principis et ducis Georgii etc. necnon ad deliberandum consulendumque super eodem sub pena non contradicendi. — Detur omnibus magistris de consilio facultatis arcium tantum.“ Ibi conclusum fuit, ut Ricardo Croco Britanno Grecas profitenti litteras decem darentur aurei, quod erat desiderium principis. Ea autem condicione sibi dari debent, ut ad famam nostre achademie et profectum studiosorum legeret gratis unam lectionem in Grecis literis, qua in finem deducta per unam mutacionem dentur sibi quinque flor. Alia mutacione et lectione gratis lecta alii quinque dentur floreni. Non enim vult facultas pecuniam ei dari simul et ante habitos labores²⁾. *

C 79. Acta et acticata atque totus processus cause et litis inter facultatem artium et collegiatos collegii maioris habitarum super examinibus et aliis sunt in crario facultatis.

1516 Sommersemester. 214. Decan Augustin Tabernatoris von Kirhhain.

N 12. Decanatus³⁾ magistri Augustini Tabernatoris de Kirchaim de natione Misnensium. Anno domini millesimo quingentesimo decimo sexto Sabbato ante Apr. 19. festum sancti Georgii martyris, que fuit decima nona dies mensis Aprilis, electus fuit in decanum facultatis artium magister Augustinus Tabernatoris de Kirchan de natione Misnensium. Sub cuius decanatu electi sunt officiales magistri infra scripti:

Clavigeri { Henricus Greff Gottingensis
mgr. { Nicolaus Cleynschmith de Schawenstein } de natione { Saxonum
Bavarorum.

Executores et visi- { Nicolaus Apel de Konigeshoffen } electores { Bavarus
tatores mgr. { Petrus Wirt de Lemberch } decani { Polonus
Gothardus Luderi de Hallis } Saxo.

Lectores eius temporis in papireo libro scripti inveniuntur etiam.

¹⁾ Dazu am Rande Alia grammatica loco Alexandri legenda. ²⁾ Dazu am Rande Stipendium Croci.
³⁾ In N große Initiale A in verschieden abgetöntem, weißgerändertem, grau-violettem Blattwerk auf goldenem, mit gelben Arabesken durchzogenem Grunde. In der Initiale ein Heiliger in weißem Unter- und blauem Uebergewande und rothem Mantel, in weißer Mitra und mit Aureole, in der linken Hand den Abtsstab, in der rechten ein Buch und ein von einem Pfeile durchbohrtes rothes Herz tragend.